

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici
dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Titvlvs II. De Constitutionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

Decisionum Casuum Conscientiae

2
traheretur: scilicet, quia per taciturnitatem eius, aliquia à
fide auertentur, aut credent fidem Catholicam nō es-
te veram. Siquidem in his casibus fidem confiteri tene-
tur, nec ob timore excusat, ut assertit S. Tho. 2.2.q.3.art.2.

TITULUS I.I. De Constitutionibus.

S V M M A R I V M .

- 1 Ignorantia crassa seu affectata a peccato non excusat iusta ve-
ro seu probabilis excusat.
 - 2 Promulgatio est de legis essentia etiam si sit facta in Concilio
Generali, etiam cum Papa confirmatione, nec antea ligat.
 - 3 Ignorantia praesumitur iustas donec probetur scientia, & vera
probetur.
 - 4 Scientia legis quenam ad ligandum sufficiat.
 - 5 Lex ante tempus a Legislatora prae scriptum non ligat.
 - 6 Lex Principis inferioris a die creationis suae ligat.
 - 7 Lex non a solo in scripto atento, ante dius mensos clausa non
ligat, secundum statu chie. & consuetudine.
 - 8 Lex ante quam recipiat saltem per maiorem partem ciuitatis
non ligat.
 - 9 Lex non recepta sive ab ignorantibus sive eam scientibus, non
ligat.
 - 10 Lex non recepta aut rauocata non obligat.
 - 11 Concilii Tridentini decretae mores ad spectantia, vbi recepta
non sunt, non obligant.
 - 12 Bulle Romae publicae & eam ligant qui scient eas publicata.
 - 13 Confessarius penitentem Bulla Papae signarum monere non te-
netur.
 - 14 Doctor legens non tenetur docere legem, quae Provinciales suis
non ligat.
 - 15 Confessarius contra suam opinionem absoluere potest, quem
auctoritate, vel ratione contraria iugi videt.
 - 16 Beneficia plura etiam residentiam requirentia ex causa iusta
haberi possunt sine peccato.
 - 17 Beneficia plura tenere ex suauitate non est ita malum, quin
ex causa iusta fieri possit.
 - 18 Episcopi ex conjectuine hereticos, & schismaticos reconciliare
possunt.
 - 19 Residentia in beneficio curato de iure diuino est, & ideo ubi
que seruanda.
 - 20 Ordinem sacram sine titulo sumens est suspensus, & episcopus
talorem scienter ordinans alere tenetur.
 - 21 Filius presbiteri in ecclesia, vbi pater beneficiarius est, nullo
modo, etiam tanquam advena ministerare potest.
 - 22 Filius presbiteri non potest habere beneficium in ecclesia in qua
pater, quod si habuit, ipso iure non vacavit ante Conc. Trid.,
nisi post trimestre.
 - 23 Taciturnitas eius, quod iura exprimere iubent gratiam vitiat.
 - 24 Confessor non interroget de beneficiorum pluralitate eos, qui
putant ea se iuste retinere.
 - 25 Bullas Papa supprimentes, & illas publicari prohibentes ex-
communicati sunt. & nisi resipiscant non sunt absoluendi.
 - 26 Gabellam exigentes a clericis, & religiosis excommunicati
sunt, nisi &c.
 - 27 Gabella, si per Christianum exigantur, infidelibus locari pos-
sunt.
 - 28 Catholicorum cum hereticis, & schismaticis denunciatis commer-
cia exercere prohibentur.
 - 29 Heretici, & schismatici in Bulla cœna excommunicantur.
 - 30 Matrimonium cum hereticis contrahere Catholicum non li-
cet, sed contrarium tenet.
 - 31 Schismaticorum filii ad scholas Catholicorum admitti possunt,
sed non contrario.
 - 32 Hereticorum non denunciatorum oblationes recipere licet.
 - 33 Catholicorum hereticos non denuntiantos in patrinos admittentes
peccatum mortaliter, & sic admissi cognitionem spirituale
contrahunt.
 - 34 Absolu nequeunt heretici etiam in mortis articulo, nisi om-
nes errores detestentur, saltem implicite.
 - 35 Empirio cum pacto de retrouendendo facta, peccatum est, &
vix.
 - 36 Vt iura auctoribus in pupillorum pecunias accrescedis commi-
- 37 Libros prohibitos scienter legentes, etiam studio eorum errores
nocentes, excommunicati sunt.
 - 38 Episcopus hodie licentiam Missandri apud infirmos dare non
potest.
 - 39 Peftis tempore curati vel per se ipsos, vel per alios infelici sa-
cramenta ministrare tenentur.
 - 40 Eucharistia delatio, & processio publica omniis possunt, vbi ab
hereticis debonate statio timetur.
 - 41 Possessorum super Decimus coram indice laco intentari po-
test.
 - 42 Ecclesia in suoi colonos eodem iure, quo lucis vii licet.
 - 43 Clericus iurisdictionem suam criminalis per vicarios exer-
cens, licet sequatur mors, vel mutilatio etiam iniuria non sit
irregularis, secundum per se ipsum eam exerceat.
 - 44 Hereticus, minus quam Indo, officium cum praemonitione
commendandum.
 - 45 Hereticus in foro exteriori a solo Papa absolvitur, in interio-
ri oriam ab Episcopo.
 - 46 Constitutione nova non extenditur ad preterita nisi cum agere
de effectu futuro, qui sine effectu preterito stare potest.
 - 47 Lex in confessariis, ut omnis alia in odium aliquis latet
odiosa, & restringenda est.
 - 48 Personae in confidentiam transfigurantes, panas confiden-
tiariorum non incurvantur.
 - 49 Lex Principis secundaris de non extrahendenda equis in foro con-
scientia non obligat.
 - 50 Statuum, ut tot tantum de una natione elegantur, iustum &
rationabile esse potest.
 - 51 Papa quando ut Papa, & quando ut Doctor tantum, respon-
dere censetur.
 - 52 Lex priuatis procurantem fauorem non includit impetrantem
ad aliatas, si eis non vitatur.
 - 53 Statutum ciuitatis ligat omnes illius ciues, hoc est, habentes
in eadem domicilium, atque natos, atque habentes domicilium,
non ligat.
 - 54 Statuta Papalia sunt, que Capitulum Generale auctoritate
Apostolica condidit, unde necepsum, nec illud repre-
sentans, potest, ea tollere; sed si quid iniuste statuarit, ad Papa
cum immediatae subiecione recurrendum est.

DECISIO I.

Ex Consil. I. tam in nouis quam in antiquis.

Sicut ignorantia crassa, quia quis ignorat id, quod homi-
nes sui status, & conditionis communiter sciunt, eis ex-
clusus a tanto, non tamen a toto; aut affectata, quia quis ici-
re nolit quod scire tenetur, quo liberius absque lux con-
scientiae contradictione, vel alia de causa peccat, neque a
toto excusat, neque peccatum ipsum minuit, sed illud potius
ob circumstantiam mali desiderij angeri; ita S. Tho. I.2.art.
76.art.8. & Nau. in Man. c. 2.3.nu. 4.1. ita econstatatio igno-
rancia iusta, quae Canonisticus probabilis, Theologis vero in-
vincibilis dicitur, quia quis ignorat, quod vel scire non ten-
etur, vel non potest, adhibita diligentia, quae ab alijs iuris-
dicionis solet adhiberti. Ex eodem Sanct. Thom. vbi supra art.
3. & qualis est eius, qui petit consilium a viris doctis, &
probis, qui falsò illi consulunt Arg. c. capellanus de senis.
& S. Ant. I. part. tit. 3. c. 3. §. 10. omnino a peccato exculcat,
quando est causa actus, ita ut actus ille non fieret, nisi igno-
raretur. ita S. Thom. I.2.q.6.art.8. & q.76.art.1.

DECISIO II.

Ad legem sub peccato transgrediendam non sufficit
scre legem aliquam esse faciendam, aut factam, etia
in Concilio publico, si nondum sit promulgata: cum lex
antequā promulgetur, non ligat, §. leges. dist. 4. si quidem
de legis essentia est promulgatio ex S. Tho. I.2.q.90.art.
4. sed neque satis est quod sit promulgata, si promulgatio
eius probabiliter ignoretur; neque constitutio Concilij
Generalis etiam promulgata ante specialem Papæ confi-
rmationem subsecutam ligat.

DE-

DECISIO III. Dub. 2.

Ignorantia inuincibilis in foro conscientia, ex solo dictione rei dicentis se iustè ignorasse, constare potest; Arg. c. Humanæ aures, 2. q. 5. qualiter in foro exteriori presumitur, donec scientia probetur. c. Præsumitur, de reg. ur. in 6. Probari etiam potest ignoratia iusta vel per iuramentum. c. Pastoralis, de except. & c. si vero, 2. de sent. excommunicatum quod in animo sunt, alter probari aliquando non possit; c. Significasti, 1. de homicid. vel probando aliquid quod necessario consequitur ignorantiam, quia scilicet infans erat, aut furiosus: c. Indutus, 3. q. 9. c. cum dilectus, de successo ab intento, vel probando aliquid, quod verissimilis ignorantia consequitur, ut probando absentiam. c. si qui mact. accusa, non pos.

DECISIO IV. Dub. 3.

Scientia legis que ad ligandum sufficit, non est necesse ligari, cum lex maiorem virtutem illa non habeat, quia legislator illi tribuit; Arg. c. si de reg. iur. in 6. Soler autem exprimer tempus, quo vult ut lex sua ligare incipiat: cap. cum singula, de præb. in 6. Quod si lex dicat, ut liget ex sua, ab ipso tempore promulgationis ligabit scientes, ex Glo. in Clem. 1. de heret. & etiam iustè ignorantes, quoad irremans actus, ex Panot. in cap. 2. de constit. licet non quod peccatum.

DECISIO V. Dub. 4.

LExante tempus a legislatore prescriptum neminem ligat, cum lex maiorem virtutem illa non habeat, quia legislator illi tribuit; Arg. c. si de reg. iur. in 6. Soler autem exprimer tempus, quo vult ut lex sua ligare incipiat: cap. cum singula, de præb. in 6. Quod si lex dicat, ut liget ex sua, ab ipso tempore promulgationis ligabit scientes, ex Glo. in Clem. 1. de heret. & etiam iustè ignorantes, quoad irremans actus, ex Panot. in cap. 2. de constit. licet non quod peccatum.

DECISIO VI.

LEx Principiis inferioris a die scientie subditos ligat, cu nullius iure cautum sit, ut legis Principiis inferioris vinculum differatur; Ad præsumendum autem scientiam, quod forum exterius, tempus videtur arbitriatum. Pan. inde c. 2. nro. 8.

DECISIO VII.

QUamvis solo iure scripto attento, princeps non videatur ligare ante lapsum duorum mensium, & scientes eam factam & promulgatam. Glos. in data sexti; ita tam, ut lex promulgata in Curia Principiis non ligat Provinciales, hoc est, subditos extra Provinciam, ubi est Curia, legentes etiam post duos menses a publicatione facta in Curia, donec per Gubernatores Provinciarum in carum Metropolibus promulgetur; Ioan. And. in glo. data Sexti, & Cate. 1. 2. q. 90. art. 4. De stylo tamen, & confusione nomine Curie Romana, sed etiam Imperatoris, & caliginum Regum seruari videtur, ut lex liget omnes etiam Provinciales post duos menses a publicatione legis in Curia: & locis ad id praestitutis, atenta tamen distantia provinciarum, & qualitate legum, & frequentia hominum in ilium provinciarum habitantium in Curia, & ad eas velebitum, & redeundum ab ea, ut iudicari probabiliter possit legis promulgationem ad eorum notitiam peruenisse. Ita S. Tho. 1. 2. q. 90. art. 4.

DECISIO VIII. Dub. 5.

LEx antequam recipiatur, saltem per maiorem partem ciuitatis, cuius pars est transgressor, non ligat, cum legislator illam sub conditione ferre præsumatur, si recipiatur saltem per maiorem partem: s. Leges. d. 4. & l. de quibus si de legi. Fel. in cap. 1. de treuga & pace & Nav. in Manual. cap. 2. nume. 41. quia enim lex communem respicit utilitatem, cetera autem lex, dist. 4. non videtur legislator velle unum, vel alterum ligare ad seruandum, quod alij consubditini non seruant, nec seruare incipiunt: Ita S. Tho. 1. 2. q. 90. art. 6. & 2. 2. q. 147. art. 3. Neque peccatum primi non seruant, & non recipientes legem iustè promulgatam, si

scientia id superiore, & potente cogere, & non cogente servare, non seruant: eo quod videtur superior eam suspendere, vel tollere. Glo. in c. 1. de treuga, & pace, & Panor. & Felin. ibi.

DECISIO IX. Dub. 6.

Sicut lex non recepta ab eam scientibus non ligat, ita etiam & lex non recepta ab eam ignorantibus eneruatur, cum iustior sit causa non obseruantium legem, eo quod eam ignorant, quam eorum, qui scientes eam nolunt recipere, nec illa vult: unde cum lex non recepta ideo obliget, quia non est via recepta, sic ignorata etiam non ligabit, cum ab istis nulla ratione recipi possit. I. de quibus, ff. de leibus.

DECISIO X. Dub. 7.

Tam lex a subditis non recepta, quam a Legislatore revocata, in eis pares sunt, quod neutra vim obligandi habet; in alijs autem differunt, quod in casu priore extat lex, quamvis non liget donec recipiatur; in posteriore vero non extat lex, nec recipi potest: & lex iam latè, & promulgata, nondū revocata, quamvis a principio non recipiatur a subditis, potest tamen postea mutata voluntate eorum recipi, quia substantia eius durat: revocata vero minime nisi denio a Legislatore seratur, eo quod iam substantia eius periret, quod autem est extinctum, recipiuntur non potest, nisi auctor potens illud denouo producat. I. Quæ res, §. a. etiam, ff. de solut. c. Quam periculatum, 7. q. 1.

DECISIO XI. Dub. 8.

Concilii Tridentini decrēta, que ad mores, & reformationem spectant, & qua nouum ius inducent, non eos obligant, qui probabiliter ea ignorant: sed neceſſos, qui ea sciunt, non quidē ea ratiōne, quod illa non sint promulgata, cum nullib⁹ cautum sit ea promulgari debere in Provinciis ad hoc, ut vim habeant obligandi, excepto solo de creto illo de Matrimonio contrahendo posito a Concil. Trid. sess. 24. ca. 1. de ref. Matrim. sed ea, quod in aliquibus Provinciis, aut Regnis, neque a principio, neque postea sunt recepta; unde nec illorum Regnum homines obligantur.

DECISIO XII. Dub. 9.

Bilie diuersorum summorum Pontificum de pœnis in non recitantes officium divinum, de non habendo officio B. Virginis lingua vernacula, de Confidētijs, de Cambijs, Bulla etiam Cenç Domini, & alia, dummodo Romæ publicata sunt, ligant omnes etiam longissime distantes, scientes eas esse Romæ publicatas; adeo, ut non excusentur ex defectu promulgationis, quamvis ex defec- tū receptionis excusat possint.

DECISIO XIII. Dub. 10.

Poenitentem contra Bullam ex ignorantia probabili peccantem Confessarius, qui eam scit, nec admone- re, nec instituere tenetur, cum talis penitens nec pec- cer eam probabiliter ignorando, nec transgrediendo: ca. Quia circa de confang. Adr. 4. de confess. q. 7. post 5. q. vn- de absolue potest confitentem, quem videt ignorantia iuris humani probabili a peccato excusari, & præsertim si suspicaretur eum de veritate monitione illam non ample- xurum. Sicut etiam Prelatus cum ignorantibus matrimonium suum inualide contractum, dissimilare potest, im- mo & debet, quando scandalum ex contrario factō nasci probabiliter timeret.

DECISIO XIV. Dub. 11.

Dector legens sive ex officio, sive sponte, non tene- tur docere legem quæ non ligat illos incolentes Provinciam, in qua legit; potest tamen si velit, si- mul docendo rationem, qua eos ibi non ligat: quia nulla lege tenetur ad primum, nec aliebi a secundo prohibe- tur. Arg. c. consulisti, 2. q. 4. & cap. 2. de translat. prelat.

DECISIO XV. Dub. 12.

Confessarius confitentem tenentem opinionem, de qua ipse dubitat, immo si credit contrariam opinio-

A 2 nem,

nō, cui ipse adh̄eret, esse veram, absoluere potest, quoties penitentem vel auctoritatem, vel ratione contraria probabile, nō videt; vel etiam si probabiliter credit, quod illa sua admonitione nihil aliud efficeret, quam quod odiosam apud doctos confessionem reddet; aut quod penitētē non emendabitur.

DECISIO XVI. Dub. 13.

16 **Q**ui multa beneficia diuina in titulum, quorum unum quo statu decetu sufficit, sine dispensatione, vel consuetudine, possidet, mortaliter peccat. **c.** Conquerentem, de cler. non resid. & glo. in c. dudum 2. de elect. 5. Thom. Quodl. 8 art. 19. & Quodl. 9. art. 19. & Nau. in Man. c. 25. nu. 125. **Q**iamuis enim multa habere possit si legitimē vinita, aut annexa fuerint; **c.** Vno. 10. q. 3. & c. ex usurpante, §. qui vero de p̄b̄c. non tamen si sunt diuina: sicut etiam unum in titulum, & aliud ad tempus commendatum ad sex meses tantum, si sit ecclesia parochialis, habere potest; **c.** Nemo, de elect. in 6. non tamen retinere potest unū in titulum, & aliud commendatum in perpetuum, cum huius eadem ratio sit, que de dato ad titulum est. **C**ardin. Alex. in c. u. autem, distinet. 44. lo. Maior. 4. d. 24. q. 13. **N**e: tamen semper illicitum est, duo beneficia habere, nam iuste quis duo beneficia retinere potest residentiam personalem non requirientia, quorum alterum non sufficit ad honestam sustentationem, etiam absque una dispensatione ex Conc. Tri. sess. 24. c. 17. de reform. Ex dispensatione autem & consuetudine iusta, quae non minus valeret quam dispensatio euam plura beneficia personalem residentiam requirientia, iusta ex causa sine peccato haberi possunt.

DECISIO XVII.

17 **P**uta beneficia tenere sua natura non adeo malū est, ut per circumstantiam aliquam iustificari non possit; nec etiam adeo indifferens est, ut sine aliqua circumstantia iustificari licet, sed omnino necessaria est aliqua circumstantia, qua sufficit ad tollendū defrumentum, quā ipsa multitudo beneficiorū pra se fert; ex S. Tho. Quodl. 9. art. 15. **T**alis autem est circumstantia eius, cui attenta personæ liceat, non sufficit unum beneficium ad honestētē, decenterque viendum talibus, puta, quia in eo est notabilis animi virtus. Nobilitas, aut scientia e. de multa, de p̄bend. Item tanta prudētia, sagacitas, & industria alius cuius, ut speretur plures, quibus p̄fēct, profuturus, etiam absens, quam communiter alius p̄fēctus, & potius illa sumit propter utilitatem beneficiorum aut subditorum quā propria. **I**n cap. iam dudum. de p̄b. **T**aliseum circumstantia est defectus aliorum idoneorum. **H**oc in c. graue, de p̄b.

DECISIO XVIII. Dub. 14.

18 **E**piscopus in locis, in quibus habetur consuetudo prescripta, ut lapsi etiam ob heresim, vel schismā, per Episcopos reconcilientur, non obstantibus iuribus illa consuetudine antiquioribus, c. si lapsi, & c. mutor. d. 50. & c. de lapsis. 16. q. 6. sic peccantes, reconciliare possum, cum iura humana, consuetudine contraria, legitime prescripta tolli possint c. fin. de consuetud. Sin vero canones noui, vel Bullæ denegantes Episcopis huiusmodi facultatem reconciliandi, illis in locis recepti sunt, nec per consuetudinem legitime abrogati, necessario seruāti sunt; unde in excommunications, & irregularitates reseruantur. **P**apa ab ipsomet, vel eius Legato, vel in id delegato, postea incurrentes, non obstante difficultate, aut itineris longitudine, absolutionem, & dispensationem a Papa petere tenentur, nec ab Episcopis absolvi possunt; quamvis ob impedimentum veniendi ad Vrbem ab excommunicatione aliquando absolvi queant, ex Nau. in Manua. c. 27. nu. 46.

DECISIO XIX. Dub. 15.

19 **C**um residentia in beneficio curato de iure divino sit, nō nisi iusta de causa, & modo a Concilio Tridentino sess. 6. c. 1. de reform. & sess. 23. c. 1. de reform. prescri-

pto a residentia excusari potest; ita, ut nec in locis ubi pr̄fatum Concilium noncum est receptum, nec aliqua consuetudine induci poterit, vt quis in beneficio curato non resideat, nisi iusta causa adh̄eret; iusta in autem causam non resideadi per pensis circumstantijs personæ loci, temporis, & alij; iudex arbitrii potest; c. de causis de offic. deleg. ne opus erit, scripta licentia in eis regis, in quibus Concilium Tridentinum nondum receptum est, quia nec iure diuino, nec aliquo humano anteriori ea requiritur.

DECISIO XX. Dub. 16.

20 **R**ordinatus ordine sacro absolute, id est, sine titulo beneficij, vel patrimonij, non solum secundum Canones antiquos, cap. Neminem. & c. sanctorum. diff. 70. sed etiam secundum Concil. Trid. sess. 21. c. 2. de reform. renovatis illis Canones, ipso iure suspensus est, donec cum eo dispenseatur. c. Per iuss. 3. de simonia. Et Episcopus sciens vel circa debens, talem ordinans ordinatum alicet tenet c. cum secundum de presb. sequitur tamē si pet. intendat, & fraudem ordinandus fingendo titulum decepit. Episcopū tunc enim ordinatus est suspensus, sed ordinans eum alicet non tenet; cum frās, & dolus nemini patro. nati debeat. cap. Sedes Apostolica. de rescrip.

Quicquid sit de veritate rei, an scilicet, Concilium Tridentinum sess. 21. de reform. cap. 2. per illa verba, Antiquorum Canonum pars immunda, renouauerit solum caput Neminem. & cap. Sanctorum. diff. 70. ita ut ordinatus sine titulo beneficij, aut patrimonij, secularis sit, suspensio non incurat, vel solum innouauerit cap. Cum secundum de p̄bend. ita ut episcopus talem ordinans, ordinatum alicet teneat, & aliqui referunt Sacram Congregationem cense re innovataam tantum panam. cap. cum secundum alicet vero dicunt; eandem Congregationem centere innotatam locum panam cap. Neminem. & cap. Sanctorum. Hoc unum modo certū est post Bullam Sixti. V. que incipit, Sanctum, & salutare, editam anno 1588. Episcopū si male promoventem aliquem secularis ad factos ordines sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, siue id sciente, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita iustus error, & probabilis facti ignorantia eum excusat, a collatione primę tonsurę ac omnium ordinum, & ab executione omnium munerum Pontificium, eo ipso suspensus est & ab ingresso ecclesię interdictatur; sic vero ordinatus, ab executione, ministerio, & exercitio ordinum suscepitorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensus est, & obtentis beneficijs quibusque ipso facto priuatur, & ad illa, & alia similis, vel dissimilis in posterum obtinenda, in perpetuum inhabilis efficiuntur. D. E. C. I. S. I O. XXI. Dub. 17.

21 **F**ilius illegitimus in ecclesia, in qua paternus beneficiū aliquod habuerit, vel haberet, non solum facrum solemniter facere, aut Euangeliū, vel Epistola lo. Iemperio cantare prohibetur, sed neque Missam tanquam extēnus, & peregrinus priuatim celebrare, nec Sacrificium, vel Cantorem in eadem ecclesia agere potest; cum negari non possit, eum aliqua illorum faciendo, ministrare alio modo in illa ecclesia; Arg. tubri, de cler. non ordin. minist. & Clem. 1. de reg. & ca. perfectis. dist. 23. Quod tamen omnino prohibitum est ratione fugandi memorū incontinentiae paternæ.

DECISIO XXII. Dub. 18.

22 **F**ilius presbiteri in eadem ecclesia, in qua pater, beneficium habere non potest, quod si de facto habuit ante Tridentinum, non vacavit ipsa iure, donec labetur ut mestre, datum ad permittandum pro altero alterius ecclesie ut patet sess. 25. cap. 15. de reform. Sin vero illum post Concilium quāsiuit, nihil in illo consecutus fuit, cum factus sit inhabilis ad illud; & collatio inhabilis facta non valcat. c. cum in cunctis, 5. fin. de elect. & c. inter ceteras, de rescrip.

DE-

Liber I, De Constitutionibus. Tit. II.

Ita quorundam tit.cod.

5

DECISIO XXII. Dub. 19.

Habens duo impedimenta essentialia, quorum unū est publicum, & alterum secretum, ut si quis contraxerit cum consanguineo in quarto gradu, cuius sororem caenalter prius cognoverat, si obiecta sit dispensatio super uno impedimento. Matrimoniū publico, non facta mentione de altero occulto, scilicet incesto, & potest impetrare gratia ab aliquo, qui eam concedere potest pro occulto, etiam non narrando publicum impedimentum, valida erit dispensatio, cum nullo iure cautum sit quod in imperatio ne dispensationis super uno impedimento matrimonij fieri debet mentione de alijs, ad hoc, ut valeat dispensatio quod impedimentum, ad quod illa impetratur, & obligatio non inducta ipso iure, non est inducenda: Arg.c. consilium, 2.q.4. & cap. 2. de translat. prelat. cum solita curia eius, quod iura exprimere iubent, gratiam vitiat. Rota de rescr. 1. in nouis. Man. c. 22. num. 15. maxime cum in cœtu magna ex parte sint occulti, cognatio auctorū ut plurimum publica; & si in imperatio ne impedimenta publici consanguitatis & cognitionis expimendus esset incestus, cogereretur impetrare seipsum in tamare, & etiam alium frequenter prodere, contra ius naturale, quo vetur nos, & alios infamare: cap. Quis aliquid, s. non tibi dico, de penit. dist. 1. vnde etiam & absolutione ab una excommunicatione, alia tacita valet. Gloss. recop. in c. ex parte, de offic. ordin. Et collatio beneficij facta enim est, crimen irregularitatem non inducente, aut inhabilitatem, non facta mentione de illo crimen, valida conferatur.

DECISIO XLIV. Dub. 20.

Confessorius absolutionem ob peccata, quæ sibi non est confessus, penitenti negare non potest, sed neque interrogare peccatum tenetur, nisi quando probabilitate credunt per obliuionem, verecundiam, vel aliam causam inutiam aliquid taciturum, quod est de necessitate confundendum: vnde nec tenetur confessorius interrogare Episcopos, vel alios habentes dignitates, de beneficiorum pluralitate quia credunt se iusta dispensatione, vel ratione vel auctoritate probabili a peccato excusat; quandoquidem confessorius absoluere potest confessum nitemen, opinione contraria ei, quam ipse habet: Si autem se accusarent de huiusmodi pluralitate, vel confitulum ab eo petentes, teneretur eis suam opinionem dicere, & si absque vilariatione, vel opinione contraria ei obedire renuant, absolutionem eis iuste denegare poterit, cum ad absolutionem conferendam necesse sit a statu peccati confessi discedere. Nau. in Man. c. 21. nu. 55.

DECISIO XXV. Dub. 21.

Bilis & Diplomata Papæ supprimentes, & illa publicari prohibentes, nisi ex præiugio id faciant, excommunicationem incurront, a qua nisi resipiscant, absolutione non debent. Nau. in Man. cap. 27. nu. 55.

DECISIO XXVI. Dub. 22.

Exigentes gabellas, & pedagia indifferenter a clericis & religiosis commissione suorum dominiorum, vel propria auctoritate, quoconque praetextu probabili, vel necessario, non habendo ad eam rem Præiugium a Sede Apostolica, vel proprio Principe sed solum id ex depravata confusione faciunt, excommunicationem incurront; & quamquam, de censib. in 6. & CIC. pen. tit. eo. nisi ignorantia probabilis talis excommunicationis eos excusat.

DECISIO XXVII. Dub. 23.

Hustani reditus & Gabellas Iudeis, & alijis infidelibus lozare possunt, dummodo Rex, vel dominus terræ Christianum aliquem ad illas exigendum deputet, & non permittat, ut ipse Iudeus per se, vel alium a se depunat illas exigat, cap. ex speciali, de Iudeis. Nec cum Iudeis, pagani, aut Saracenis Christiani mercimonia exercere vetantur; Argum. capitul. Cum sit nimis de Iudeis, ex capis armis, & alijs, quæ ad eos deferri prohibentur capit.

DECISIO XXVIII. Dub. 24. 30. 3.

Atholici cum hereticis, & schismatis, qui non sunt denunciati excommunicati, licet sint notorie heretici, cōtraherere, & commerciū habere sine peccato possunt: secus autem si sint excommunicati denunciari, ea cum excommunicato, 11. q. 3. & Extraug. Ad evitanda. Nauar. in Man. c. 22. nu. 35. cum sepe multitudo hereticorum, & necessitas communicandi, & negotiādi facit licitum, quod alias non esset. Quod non est licitum de reg. iur. vitanda est tamen nimia familiaritas sive cum hereticis, sive cum alijs infidelibus e. Nullus. c. omnes, 28. q. 1. & c. cum sit nimis, & c. fin. de Iudeis. & Nauar. in Manu. cap. 27. nu. 57.

DECISIO XXIX. Dub. 25.

Schismatici, & heretici, cum in Bulla cœnæ Domini excommunicati sint, ad ecclesiam redire volentes, reconciliari non possunt nisi per habentem auctoritatē absoluendie os a censura, sed neque ab habente talem protestationem absoluendi sunt nisi suum schismata abiurent, si sit tale quod hereticum implicat.

DECISIO XXX. Dub. 26.

Matrimonium cum hereticis contrahere Catholicum non licet, cap. caue. 28. quest. 1. & Nau. in Manu. ca. 22. num. 48. contractum tamen tenet. Pacta vero quæ solent ab huiusmodi fieri, puta, si masculus nascatur, baptizetur in ea fide, cuius est pater; si femella, in matris fide, turpia sunt, & non valent. cap. fina. de condit. apposit.

DECISIO XXXI. Dub. 27.

Schismatis filii ad scholas Catholicorum venire permitti possunt, sum hec sit via, & gradus aptus ad eorum conuersionem: Argu. cap. cum in cunctis, de elect. E contra vero Catholicis scholas hereticorū adire non licet.

DECISIO XXXII. Dub. 28.

Schismatis, & hereticorum non denunciatorum oblationes accipere, & offertentes, ad sacras conciones, & alia officia sacra, quibus interesse voluerint, admittit re licet: eo quod hec admissio ad sacra gradus quidam est & medium ad persuadendum eis conuersionem, & fidem Catholicam; & in his quæ pertinent ad salutem animæ, etiam cum excommunicatis denunciatis colloqui possumus. cap. cum voluntate, de sentent. excom.

DECISIO XXXIII. Dub. 29.

Quamvis Catholici cum hereticis, & schismatis notorijs communicate possunt, si non fuerint denunciati excommunicati, eos tamen in patrinos admittere non licet: quia id esset eis cooperari ad peccatum: c. 1. de offic. deleg. si tamen admissi fuerint, cognitionem spiritualem contrahunt ex S. Tho. 4. d. 42. q. 1. art. 3. & Sylu. verb. Matrimonium. 8. q. 7.

DECISIO XXXIV. Dub. 32.

Absoluti non possunt heretici, & schismatici in articulo mortis, nec ad sepulturā sacram admitti, nec aliorum sacramentorum participes fieri, qui explicite in specie, vel latenter implicite in genere non recesserunt ab omnibus erroribus suis, licet recedant a bona parte eorum & fere ab omnibus, cum impium si dimidiam a D. quæ speraret salutem. capit. Sunt plures, de pen. dist. 3. Quamvis si morbus, vel periculum mortis adeo virget, ut non possit omnes errores detinari, nec de veritate contraria speciationi instrui, sufficit detinatio generalis cum proposito speciationi detectando post quam fuerit instructus; quia licet teneatur aliqua explicite credere, non tamen omnia, ita S. Tho. 2. 2. quest. 2. ar. 8. & Nau. in Man. prel. ad. 4. nu. 19. & c. 11. nu. 18.

A 3 DE-



DECISIO XXXV. Dub. 33.

Qui aliquid emit pacto de rettouendendo simulat, animo magis mutuandi, quam emendi, & mortaliter peccat, & visuram committit. Qui autem minoris iusto pretio, etiam dempta parte, qua illud pactum pretium diminuit, peccat quidem peccato iniusticie, sed non visuræ eorum Deo; licet aliquando coram hominibus presumatur visura ex Nau. in Man. c. 17. n. 247.

DECISIO XXXVI. Dub. 34.

Visa à tutoribus in pupillorum pecunij accrescendis commissa, a popillis, quamvis ipsi non peccauerint, restitu debet, postquam scierint per eum modum iniquum bona sua creuisse; nec absolu potest qui sic quisita restituere noluerit. Ita Nau. in Man. c. 17. n. 253.

DECISIO XXXVII. Dub. 35. 36.

Libros prohibitos etiam siue arti viles, & liberos hereticos scienter legentes, etiam studio eorum errores cognoscendi, ut eos lucidius populo explicare, ac refellere, valeant, ex communicationem Bullæ Cenæ Domini incurront a qua non nisi a Papa extra articulum mortis absolui possant. Nec eos legendi facultatem Episcopus, nisi ex speciali delegatione Papæ date valet.

Advertendum quantum ad libros prohibitos, qui nihil de religione tractant, non teneri authoris sententiam: Quia licet legentes huiusmodi libros peccari mortaliter reatum incurrant, & Episcoporum arbitrio severo puniri possint, iuxta Bullam Pij Papæ IV. que incipit, Dominicis gregis. editam anno Dominice incarnationis Millefimo quingentesimo sexagesimo quarto, die vigesima quarta Martij, Pontificatus sui anno Q. isto, que in Bullario habetur, & est 99. eiusdem in ordine, quam etiam Bullam, eiusque pars in Clemens Papa VII. confirmat in Bulla sua, que incipit *Sacra sanctorum edita anno Millefimo quingentesimo nonagesimo quinto, die decima septima Octobris* Pontificatus sui anno quarto; tamen in excommunicationem Bullæ Cenæ non incurront, eo quod modo Bulla Cenæ non comprehendit nisi hereticorum libros, heresim continent, vel de religione tractantes, ut constat ex Bulla Clementis Papæ VIII. anno Millefimo quingentesimo nonagesimo octavo.

DECISIO XXXVIII. Dub. 37.

Episcopus post Concilium Tridentinum ses. 2. in decreto de obseru in celeb. Miss. licentiam dare non potest Missas celebrandi apud infirmos, quamvis ante Concilium illam dare potuisset.

DECISIO XXXIX. Dub. 38. & 39.

Festis tempore Curati prius infectis Sacra mentitate debent, ne eos sine necessarijs remedijis ad salutem mori patientur: postea vero sanis eadem ministræ si non sit periculum infectionis, quod si adsit, illis licentia sumendi Sacra menta ab alijs dare debent. Arg. ca. vbi periculum manus de elec. in 6. & cap. duo mala, dist. 13. Quo tempore pestis Sacerdotes simplices cum merito magno in ciuitate manere, & cum licentia Sacra menta illis ministrare possunt: Parochi autem illa vel per seipso, vel per alios idoneos ministros, etiam infectis ministrare tenentur. Aduersitas, 7. q. 1. & S. Th. 2. 2. q. 26. art. 5.

DECISIO XL. Dub. 40.

Evcharistia delatio, & processio publica iuste omitti possunt, vbi ab hereticis, & infidelibus de honestatio aliqua probabilitate boni & prudentie viri arbitrio timeatur. Quia huiusmodi processiones, & deportationes publice iure humano instituta sunt, & iusta ex causa legi humanae contravenire sine peccato licet, ut ait S. Th. 1. 2. qu. 96. art. 9. & 2. 2. qu. 147. art. 3. Archid. in c. vtinam dist. 76. & Nau. in Man. c. 23. n. 69.

DECISIO XLI. Dub. 41. 42. & 43.

Celestia sticus super Decimis per viam possessionis seu interdictis retinenda, vel restituenda possessionis, vel

innovationis seculare in adire potest; via tamen directa petit, iudices seculares super huiusmodi decimis, & alijs spiritualibus quatenus spiritualia sunt, adire nequit: Arg. c. Bene quidem, dist. 96. & cap. decernimus, & ca. Quanto, de iudic. Et si de suo consensu, vel fauore, ad eundem iudicem latcum pro decimis le trahi patiatur, excommunicacionem decimam quartam Bullæ Cenæ Domini incurrit: secus tamen si inuitus traheretur, sive pro decimis, sive pro causis beneficialibus, vel alijs causis spiritualibus.

DECISIO XLII. Dub. 44. & 45.

Icūt Domini seculares colonos suos adscriptios, seu adscriptos glebe terræ, quam vel ipsi, vel eorum maiores colendam acceperunt, ex eo quod cum in principio quando ad eos migrarunt, praefati Domini domos, boves & alia ut necessaria colonis illis ea lege donarunt, ut ipsi & eorum filii seu successores ad mansioem obligaretur, nec eam inuitis Dominis relinquerent, l. cum fuit. & l. cum fecimus, & glo. in rub. C. de agri, & consil. l. cum ex eorum pagis alio habitandi gratia transmigrant, iuste persequi, & vendicare possunt; Ita etiam ecclesie, & ecclesiastici viri, similes colonos & seruos adscriptios habentes, bona conscientia eodem rigore vi, & similiter se gerere circa suos subditos possunt, nec ijs de in emigranti alio, vel alterius vita suscipienda facultatem concedere; presertim quod etiam in monasterio, & religiosis ubique gatium habeant donatos, & oblatos, qui licet vere religiosi non sint, Clem. 1. de decim. & gl. ibid. cap. in præsentia, de probat, & ibi Panor. & in c. vi, de success. ab intest. a monasterijs tamen iuste recedere nequeunt. d. cap. in præsentia, & c. vt ptiuglia, de priuilegia,

DECISIO XLIII. Dub. 46.

Clericus iurisdictionem criminalis habens, & per se metipsum cognoscens de criminibus, ob quod imponenda est pena mortis, vel mutilatione fecuta morte, vel membris mutilatione fit irregularis: c. Sententiam. Ne clerici vel monachi per alios tamen vicarios suos generales, vel speciales delegatos predictam iurisdictionem exercens licet sequatur mors, vel mutilatio iusta, vel iniusta, irregulariter non incurrit c. Episcopus, eo ut. in 6.

DECISIO XLIV. Dub. 47.

Icūt Iudaïs officium, cui aliqua præminentia est annexa date, vel concedere non licet; ita multo minus heretico notorio illud concedere fas est, cum longe peior infidelitas sit heresies, quam Iudaïsmus, vel Paganismus, vt ait S. Th. 2. 2. q. 10. art. 6.

DECISIO XLV. Dub. 48.

Hereticus quamvis in foro extetiori a solo Papa, vel eius speciali delegato absolu possit, in foro tamen interiori, seu conscientie Episcopus eum vel per se, vel per ipsum subditum absoluere valet ex Conc. Trid. sess. 2. 4. ca. 6. de reform. cum omnis potestatem ordinariam absoluendi ex officio habens, cam alteri delegare potest cap. fin. de offic. ord. Hanc tamen potestatem generali aboli uendi hereticos, seu vicarium, vel generali delegatulum ad eos absoluendum constitutre non potest Episcopus, sed tantum in casibus particularibus, cum illi occurrent. Potest autem prænentes, qui ob verecundiam, vel aliud impedimentum Episcopum personaliter adire non potest, per confessarium, vel aliquem alium eum adire, vt sic de mandato eius, per alium absoluatur.

DECISIO XLVI. Ex conf. 2. alia 5.

Qui ante Concilium Tridentinum imperavit refectum a Papa assumendi primam tonsuram, & qui tuor ordines minores, a quo malet antistite, & pot quā assumpsi primam tonsuram superuenit Concilium statuens, sess. 23. c. 8. de reform. ne quis nisi a proprio Episcopo, vel de consensu eius, etiā virtute rescripti generalis, vel specialis ordinaretur, non potest virtute praefati refecti, sine licentia, vel consensu sui Episcopi, quatuor minores accipere: quia licet noua constitutio ad p̄scripta regula-

Liber I. De Constitutionibus. Tit. II.

7

rius non extendatur, capit. fin. de constitut. fallit tamen quies de effectu futuro, agit, qui sine effectu præterito stare, & consistere potest. Glos. in Clemen. ut hi qui uer. in posterum, de reat. & qualit.

DECISIO XLVII.

Ex consil. 4. alias 1.

DVila Pij IV, que incip. Romanum, & est 109. in ordinem eiusdem, edita 1564. & Bulla Pij V. incip. intollerabilis, & est 87. in ordine eiusdem, edita 1569. in beneficiarios confidentiaris late, ad excludendum, & arcendum dolos, & fraudes, & vota caprande mortis alienæ, que per huiusmodi confidentias beneficiales illicitas induc solent odiosas censendæ sunt, & restringendæ; eo quod lex omnis facta in odium aliquorum, vel aliquicu rei censeti debet odiosa, & restringenda. l. Qui exceptionem ff. de condit. iudeb.

DECISIO XLVIII.

CVm constitutio odiosa, non extendit, sed potius restringi debet; capit. Odia, de reg. iu. in 6. pensionem per confidentiam transferens, penas Bullæ contra confidentiam beneficiale latæ non incurrit, cum pensio nec beneficium sit, nec res spiritualis, sed temporalis, nec obligat ad dicendas horas Canonicas, nec habet perpetuam durationem, nec residentiam requirit, quæ tamen omnia beneficia de iure communii requirunt, c. Conquestate, & cap. fin. de cle. non resi. & renunciari potest, & remitti gratuitò sine vila superioris auctoritate, ex Card. Alex. in cap. Agathof. dist. 63, immo cum Papæ auctoritate pecunia redimi potest.

DECISIO XLIX.

Ex consil. 4. alias 3.

LEx principiis secularis prohibens equos extra regnum suum asportari, cum sit praetudicialis, pœnalis, odiosa, & in odium delicti inducta, in foro conscientie clericos extrahentes equos suos in suis equitatis genitos non obligat, prefertim cum lex Imperatoria etiam generaliter loquens, & nullam de clericis speciale faciens mentionem. Clericos non includat, si sit praetudicialis: Arg. cap. 1. de noui oper. nunc. & cap. Si in adiutorium dist. 10. sed neque lex hec laicos in conscientia obligat, cum recepta folum sit quoad pœnam externam, non autem quoad pœnam eternam: lex autem recepta, quoad pœnam temporalem, non obligat quoad pœnam eternam, si non sit recepta etiam quoad illam. Neque confessari, neque penitentia studi confuerunt huiusmodi legis obseruantiam, inlangere, aut in foro interiori accipere, reputantes legi fauienti soluendo pœnam temporiam, cum deprehenderetur eorum transgressio. Ita Nauarr. in Manu. cap. 23. num. 62.

DECISIO L.

Ex consil. 5. alias 7.

NCapitulis Generalibus Religiosorum, vbi multæ nationes concurrunt, legitimè fieri potest constitutio, ne in Prioris, aut Abbates Monasteriorum plures, quam tres de vna natione eligantur, cum statutum hoc multis de causis rationabile esse possit, scilicet, ne alijs detur cauſa superbiendi, alijs murmurandi, aut alijs nimium sua genti, vel nationi tribuendi. Quando autem eligi non possint omnes digni de omnibus nationibus, nisi plures quales eligentur de vna, tunc plures de illa eligi possent; quia nunquam eligendus est indignus ex S. Thom. 2.2. q. 63. artic. 2.

DECISIO LI.

Ex consil. 6. alias 2.

QUod responderet Papa de iure respondendo alicui quem tenenti, vel interroganti cum super aliquo dubio iuris, censetur velle, vt in similibus casibus idem respondeatur; quia vero Papa, aliquando vt Papa loquitur, aliquando vero vt Doctor, ex circumstantijs temporis, loci, modi & causa respondendi, & interrogandi, & scribendi, & dictandi, colligi potest in dubio, an vt Papa, vel vt Do-

ctor in tali materia responderet censeatur.

DECISIO LIL.

Ex consil. 7. alias 20. de sententia excommunicationis.

Secundum Xtraugans Pij Qumū de electione superiorum ordinis Minorum excommunicans suspendens, & per mensem carceri mancipans eū, qui ad officium obtinendum, quorumvis fauorem extra religionem procurat; non punit fratrem procurantem literas ad quosdam electores, vt ei fauenter, si postea dictis literis non vtatur. Lex enim pœnalis restringenda est, capitul. Penit. dist. 1. nec ultra finem a legislatore intentum ligat, cum actus agentium non operentur ultra intentionem eorum. capit. fin. de prebend. Et intentio Pontificis est, ne electores propter fauores indigos dignis, vel minus dignos dignioribus preferant; qui finis & intentio cessat, si procurans literis non vtatur; talis enim verē fauorem non procurat, cum literæ alicui fauori non sint, donec ad eum, ad quem dantur, perueniant.

DECISIO LIII.

Quarta de consti. in Novis deest in antiquis.

Secundum Vanus domicilium originis firmius, & immutabilius sit, l. 1. & l. fin. ad municip. quia tamen domicilium habitations principialis est Glos. in capitulo statutum, ver. vnam dictam, de restrip. in G. adeo vt diecesis appellatione in dubio vent illa, quæ est domicilij habitations, immo & stylus Curia habet, vt orator exprimes diecesim, cuius est, exprimat diecesim habitations, non Natuitatis. Hinc fit quod licet statutum alicubi est, patet Spoleti, enī a Papa sub pena excommunicationis latæ sententiae confirmatum, vt pro nulla muliere civitatis Spoleti, vel eam habitante dari, aut recipi possit dos maioris summa mille florinorum, nihilominus tamen si Spoletanus origine, etiam cum Spoletana origine, in alio loco, puta Romæ, Matrimonium contrahat, ibique domicilij constitutus, cum proposicio ibi habitandi, licet potest sponsus patres dotem filiæ augere, & sponsus illud auctarium recipere, absque eo quod excommunicationem incurvant: si quidem statutum civitatis Spoletanæ quamvis omnes illius ciues, hoc est, habentes in ea domicilium, liget: attamen ibi natos, sed alibi habitantes non ligat. Statutum n. civitatis non nisi suę iurisdictioni subiectos obligare potest, eo quod cum statutere iurisdictionis sit, solum eos comprehendit, qui ei subiacent, l. fin. de iuris. omn. iud. & cap. 2. de consti. in 6. Ibi vero nati, sed alibi extra territorium habitantes, iurisdictioni illius non sunt subiecti.

DECISIO LIV.

Octava de consti. in Novis deest in antiquis.

CVm statuta Papalia sint, que Capitulum Generale auctoritate Apostolica condit, & inferior statuta superioris tollere nequeat ex Felin. in capitulo, cum accessissent, de Constitut. Capitulum non Generale representantium Capituli Generalis, statuta in huiusmodi Capitulo Generali per definitiū sententiam tollere non potest, eo quod sententia definita irrevocabilis est etiā ab eodem iudice, seu Capitulo Generali sententiam illam ferente capit. cum in literis, de offic. deleg. & iudex s. de re judic. vnde si quid iniuste in Capitulo Generali statutum esset, ad solum Papam, cui Capitulum illud Generale immediate subiectus, per appellationem tecundum est.

TITVLVS III.

De Rescriptis.

S V M M A R I V M.

1. Parochus sine villa monitione infra annum cessante impedimento presbyter ordinari debet, alias parochiale perdit, nec cum ignorantia excusat.

2. Exemptio per possessionem quadraginta annorum prescribitur.

* 3 Subre-